



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesis Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

VI. De Idololatria fugienda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Iefcha) יסבה operta tecta, א סבך.

Venerunt usq; ad Aran) חרן Haran, uel Charan, Mesopotamiae urbs est, cuius long. 23. 20. latit. 36. 10. distat igitur ab Orchoe seu Vr Chaldaeorum circiter 80 milliar. germ.

V.

Eduxit eos de Hur Chaldaeorum.

DE IDOLOLATRIA
FUGIENDA.

IDOLOLATRIA est in genere honorem Deo propriè debitum tribuere cuicunq; rei, quæ nõ est Deus: aut alligare Deum ad cultum aut rem aliquam, ad quam se ipse non alligauit suo Verbo. Semper autem Mundus Idolorum plenus fuit. Ac magna multitudo hominum oblita promissionem de Christo, & uerum usum signorum, quæ promissioni addita sunt, deprauans, ipsa signa in numina seu Deos uertit.

Sic Chaldæi & Persæ, Ignem finxerunt esse Deum, Quia audiuerant Igni delapso ex cælo incensas esse uictimas. Hunc ignem corrupto uocabulo Ebræo Orimasda uocarunt (Nam אור OR Ebræis Ignem בשדים Chasdim Chaldæos significat.) & in publicis pompis Regi prætulerunt, ut ex Xenophonte lib. 8. & Plutarcho apparet.

Extat

Extat autem Ebraicum uocabulum Oriem
quod ignem Chaldaeorum significat, apud Plu-
chum in uita Alexandri & Artaxerxis, & apud
thiam pag. 428.

Sic Papista panem circumferunt, & Deum
affirmant. Vt autem adoratio ignis Chaldaeorum
Persici est Idoli adoratio: Sic in Papistica obla-
ne aut circumgestatione adoratio panis profana
Idoli adoratio. Quia cultus ille contra & extra
stitutionem confictus est. Quare sicut Thare &
lius Abraham & ceteri etsi initio coluerunt Idola
ut Ios. 24. expresse scribitur, tamen postea admo-
uerbo Dei sonante per Sem, ex Vr Chaldaeorum
est, à cultu idolatrico ignis fugiunt, Sic nos quoque
Papisticam oblationem ac circumgestationem
& omnes cultus idolatricos uitemus, ut seuerius
precipitur, Fugite Idolatriam. Item, Non habetis
Deos alienos.

CAPVT DVO DECIMUM.

Vt in omnium Sanctorum historijs, sic in
Abrahae historia, Sex Loci praecipue considerati
sunt.